

Didagmata 2025



Wieviel Verleumdung darf es sein? Zu Ciceros Theorie und Praxis (un)angemessener Rede

Innere Angemessenheit

Produktionsstadien der Rede bzw. des im jeweiligen Stadium Produzierten

Abstimmung der einzelnen Teile der Rede aufeinander

Verbindung von *res* und *verba*

Kriterium für den sprachlichen *ornatus* und weitere Stilqualitäten.

Äußere Angemessenheit

Sprechsituation

Publikum

Person des Sprechers

Gegenstand bzw. Ziel der Rede

Moralische Angemessenheit

De Oratore 3,210-212

nunc quid aptum sit, hoc est, quid maxime deceat in oratione, videamus. Quamquam id quidem perspicuum est, non omni causae nec auditori neque personae neque tempori congruere orationis unum genus; nam et causae capitis alium quendam verborum sonum requirunt, alium rerum privatuarum atque parvarum; et aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes, aliud iudicia, aliud sermones, aliud consolatio, aliud obiurgatio, aliud disputatio, aliud historia desiderat. Refert etiam qui audiant, senatus an populus an iudices: frequentes an pauci an singuli, et quales: ipsique oratores qua sint aetate, honore, auctoritate, debet videri; tempus, pacis an belli, festinationis an oti. Itaque hoc loco nihil sane est quod praecipi posse videatur, nisi ut figuram orationis plenioris et tenuioris et item illius mediocris ad id, quod agemus, accommodatam diligamus. Ornamentis eisdem uti fere licebit alias contentius, alias summissius; omnique in re posse quod deceat facere artis et naturae est, scire quid quandoque deceat prudentiae.

De officiis 1,93-94

Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua verecundia et quasi quidam ornatus vitae, temperantia et modestia omnisque sedatio perturbationum animi et rerum modus cernitur. hoc loco continetur id, quod dici latine decorum potest; Graece enim *prepon* dicitur. Huius vis ea est, ut ab honesto non queat separari; nam et quod decet honestum est et quod honestum est decet. qualis autem differentia sit honesti et decori, facilius intellegi quam explanari potest. quicquid est enim, quod deceat, id tum appareat, cum antegressa est honestas. Itaque non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco disserendum est, sed etiam in tribus superioribus quid deceat appareat. Nam et ratione uti atque oratione prudenter et agere quod agas considerate omnique in re quid sit veri videre et tueri decet, contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet quam delirare et mente esse captum; et iusta omnia decora sunt, iniusta contra, ut turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. quod enim viriliter animoque magno fit, id dignum viro et decorum videtur, quod contra, id ut turpe sic indecorum.

De officiis 1,98

Ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt, sic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine et constantia et moderatione dictorum omnium atque factorum.

De officiis 2,51

Atque etiam hoc praeceptum officii diligenter tenendum est, ne quem umquam innocentem iudicio capitis arcessas; id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum, quam eloquentiam a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam ad bonorum pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque defendere. Vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis est semper in causis verum sequi, patroni non numquam veri simile, etiam si minus sit verum, defendere, quod scribere, praesertim cum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panaetio.

De lege agraria Schnipsel einer Verschwörungserzählung

1,22 ei quos multo magis quam Rullum timetis

2,23 ei qui haec machinabantur

2,12 Interea non desistebant clam inter se convenire, privatos quosdam adhibere, ad suos coetus occultos noctem adiungere et solitudinem.

2,10 aliud quiddam obscure moliuntur

1,26 nullum externum periculum est ... inclusum malum, intestinum ac domesticum est

2,7 oratione adsequi volunt ut populares esse videantur

In Pisonem

Frg. I

*Pro di inmortales! qui hic inluxit dies mihi quidem patres conscripti peroptatus,
ut hoc portentum huius loci, monstrum urbis, prodigium civitatis viderem!*

Frg. II

*Equidem nihil malui; vos fortasse consumptum istum cruciatu aut demersum
fluctibus audire malletis.*

In Pisonem 1

Iamne vides, belua, iamne sentis quae sit hominum querela frontis tuae? Nemo queritur Syrum nescio quem de grege noviciorum factum esse consulem. Non enim nos color iste servilis, non pilosae genae, non dentes putridi deceperunt; oculi, supercilia, frons, voltus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit. Pauci ista tua lutulenta vitia noramus, pauci tarditatem ingenii, stuporem debilitatemque linguae. Numquam erat audita vox in foro, numquam periculum factum consili, nullum non modo inlustre sed ne notum quidem factum aut militiae aut domi. Obrepisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil praeter colorem.

**Vielen Dank
für Ihre Aufmerksamkeit!**

The background of the slide features a dynamic, abstract design composed of numerous thin, curved lines in shades of orange and yellow. These lines create a sense of motion and depth, radiating from the bottom left corner towards the top right. The curves vary in thickness and density, creating a textured, sunburst-like effect against a lighter yellow background.